# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

**[S.l.], Datierung unklar**

Lamentatio Hieremia


urn:nbn:de:bsz:31-67620



Visual Library

cunctis diebus vite sue. et cibaria eius. cibaria
perpetua dabantur ei a rege babylonis
statuta per singulos dies usque ad diem
mortis sue: cunctis diebus vite eius.
Incipit prologus in lamentationem
Iheremie. que est in titulo cinoth. cum
absolutione litterarum hebraicarum. Et
factum est postquam in captivitatem ductus est
israel et ierusalem destructa est sedit Iheremi
as flens et planxit lamentatione hanc
in ierusalem et amaro animo suspirans et
eiulans dixit. Lamentatio Iheremie
prophete. Aleph.

Quomodo sedet sola civi
tas plena populo. facta est quasi
vidua domina gentium. prin
ceps provinciarum: facta est sub tributo. Beth.
Plorans ploravit in nocte: et lacrime eius
in maxillis eius. Non est qui consoletur eam:
ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreve
runt eam: et facti sunt ei inimici. Gimel.
Migravit iuda propter afflictionem et mul
titudinem servitutis: habitavit inter
gentes: nec invenit requiem. Omnes
persecutores eius apprehenderunt eam inter
angustias. Deleth. Vie syon lugent.
eo quod non sint qui veniant ad sollemp
nitatem. Omnes porte eius destructe: sacer
dotes eius gementes. Virgines eius squa
lide: et ipsa oppressa amaritudine. He.
Facti sunt hostes eius in capite: inimici illius
locupletati sunt: quia dominus locutus est super eam.
Propter multitudinem iniquitatum eius: par
vuli eius ducti sunt captivi ante faciem tri
bulantis. Vav. Et egressus a filia
syon omnis decor eius. Facti sunt principes
eius velut arietes: non invenientes pa
scua. Et abierunt absque fortitudine
ante faciem subsequentis. Zai. Et
recordata est ierusalem dierum afflictionis
sue et prevaricationis: omnium deside
rabilium suorum que habuerat a diebus
antiquis: cum caderet populus eius in manu
hostili. et non esset auxiliator. Viderunt
eam hostes: et deriserunt sabbata eius.
Peccatum peccavit ierusalem: Heth.
propterea instabilis facta est. Omnes qui
glorificabant eam spreverunt illam:
quia viderunt ignominiam eius. Ipsa
autem gemens et conversa retrorsum. Teth.
Sordes eius in pedibus eius. nec recorda
ta est finis sui. Deposita est vehemen
ter: non habens consolatorem. Vide domine
afflictionem meam: quoniam erectus est inimi
cus. Ioth. Manum suam misit ho
stis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit
gentes ingressas sanctuarium suum.
de quibus preceperas ne intrarent in ec
clesiam tuam. Caph. Omnis populus eius
gemens et querens panem: dederunt
queque preciosa pro cibo ad refocilandam
animam. Vide domine et considera: quoniam facta sum
vilis. Lameth. O vos omnes qui trans
itis per viam attendite et videte si est
dolor sicut dolor meus: quoniam vindemi
avit me ut locutus est dominus in die ire
furoris sui. Mem. De excelso
misit ignem in ossibus meis: et erudi
vit me. Expandit rete pedibus me
is: convertit me retrorsum. Posuit me
desolatam. tota die merore confectam.
Nun. Vigilavit iugum iniquitatum
mearum: in manu eius convolute sunt: et in
posite collo meo. Infirmata est virtus
mea: dedit me dominus in manu de qua
non potero surgere. Samech. Ab
stulit omnes magnificos meos dominus
de medio mei. Vocavit adversum
me tempus ut contereret electos me
os. Torcular calcavit dominus virgini

filie iude. Ain Idcirco ego plorans.
et oculus meus deducens aquam: quia
longe factus est a me consolator con
uertens animam meam. Facti sunt filii mei
perditi: quoniam inualuit inimicus. Phe
Expandit syon manus suas: non est
qui consoletur eam. Mandauit dominus
aduersum iacob: in circuitu eius hostes
eius. Facta est ierusalem quasi polluta men
struis inter eos. Sade Iustus est
dominus: quia os eius ad iracundiam prouo
caui. Audite obsecro uniuersi po
puli: et uidete dolorem meum. Virgines
mee et iuuenes mei abierunt in
captiuitatem. Coph. Vocaui ami
cos meos: et ipsi deceperunt me. Sa
cerdotes mei et senes mei in urbe con
sumpti sunt: quia quesierunt cibum sibi
ut refocillarent animam suam. Res
Vide domine quoniam tribulor: uenter meus
conturbatus est. Subuersum est cor me
um in memetipsa: quoniam amaritu
dine plena sum. Foris interficit
gladius: et domi mors similis est.
Sin Audierunt quia ingemi
sco ego: et non est qui consoletur me.
Omnes inimici mei audierunt ma
lum meum: letati sunt quoniam tu fecisti.
Adduxisti diem consolationis: et
fient similes mei. Thau. Ingre
diatur omne malum eorum coram te:
et deuindemia eos sicut uinde
miasti me propter iniquitates me
as. Multi enim gemitus mei: et
cor meum merens. Aleph.
Quomodo obtexit caligine
in furore suo dominus filiam sy
on. proiecit de celo in terram inclitam
israel: et non recordatus est scabelli pedum
suorum in die furoris sui. Beth.

Precipitauit dominus nec pepercit. Omnia spe
ciosa iacob. destruxit in furore suo: mu
nitiones uirginis iuda et deiecit in terram.
Polluit regnum et principes eius. Gimel
Confregit in ira furoris sui omne cornu
israel. auertit retrorsum dexteram suam
a facie inimici: et succendit in iacob quasi
ignem flamme deuorantis in gyro. Deleth.
Tetendit arcum suum quasi inimicus: fir
mauit dexteram suam quasi hostis. Et
occidit omne quod pulchrum erat uisu in ta
bernaculis syon: effudit quasi ignem
indignationem suam. He Factus est dominus ue
lut inimicus: precipitauit israel. precipi
tauit omnia menia eius: dissipauit muni
tiones eius: et repleuit in filia iuda humi
liatum et humiliatam. In tercia n. Vau.
Et dissipauit dominus quasi hortum tentori
um suum: demolitus est tabernaculum su
um. Obliuioni tradidit dominus in syon fe
stiuitatem et sabbatum: et in indignatione
furoris sui regem et sacerdotem. Zai.
Repulit dominus altare suum: maledixit
sanctificationi sue. Tradidit in manu inimi
ci muros turrium eius: uocem dederunt
in domo domini sicut in die sollempni.
Heth. Cogitauit dominus dissipare mu
rum filie syon. tetendit funiculum suum:
et non auertit manum suam a perditione. luxitque
antemurale: et murus pariter dissipatus
est. Teth. Defixe sunt in terra porte eius:
perdidit et contriuit uectes eius. reges eius
et principes eius in gentibus: non est lex: et prophe
te eius non inuenerunt uisionem a domino.
Ioth. Sederunt in terra: conticue
runt senes filie syon: consperserunt
cinere capita sua uirgines hierusalem. Accinc
te sunt ciliciis. abiecerunt in terra sua ui
rgines iuda. Caph. Defecerunt pre
lacrimis oculi mei: conturbata sunt uisce

ra mea. Effusum ē in terra iecur meū
sup contritionē filie p̄pli mei: cum de
ficeret puulus ⁊ lactans in plateis
oppidi. Lameth. Matrib; suis dixe
runt: ubi ē triticū ⁊ uinū: Cum defice
rent quasi uulnerati in plateis ciuita
tis: cum exalarent animas suas in
sinu matrū suaꝝ. Mem. Cui com
parabo te. uel cui assimilabo te filia
ierlm: Cui exequabo te ⁊ consolabor
te uirgo filia syon: Magna ē eni͂ uelut
mare contritio tua. q̄s medebitur ~~tu~~
t. Nun. Pphete tui uiderunt t̄ falsa
⁊ stulta: nec apiebant iniq̄tatē tuam
ut te ad penitentiā puocarent. Vide
runt aūt tibi assumptiones falsas ⁊ eiec
tiones. Sameth. Plauserunt sup te ma
nib; omnes transeuntes p uiā. sibilauerūt
⁊ mouerunt caput suū sup filiā ierlm.
Hecine est urbs dicentes. pfecti deco
ris. gaudiū uniuerse t̄re. Ain. Apue
runt sup te os suū om̄s inimici tui:
sibilauerunt ⁊ fremuerunt dentibus
suis: ⁊ dixerunt. deuorabim̄ eā. En
ista ē dies quā expectauim̄: inuenim̄
uidimus. Phe. Fecit dn̄s que cogi
tauit: compleuit sermonē suū quem
p̄cepat a dieb; antiq̄s. Destruxit ⁊ n̄
pepcit: ⁊ letificauit sup te inimicū:
⁊ exaltauit cornu hostiū tuoꝝ. Sade.
Clamauit cor eoꝝ ad dn̄m: sup muros
filie syon. Deduc quasi torrentē lac
mas p diem ⁊ noctē. Non des requiē
t̄: neq; taceat pupilla oculi tui. Coph.
Consurge lauda in nocte: in principio
uigiliaꝝ effunde sicut aquā cor tuum
ante conspectū dn̄i. Leua ad eū ma
nus tuas p aīab; paruuloꝝ tuoꝝ: q̄
defecerunt fame in capite om̄iū compe
toꝝ. Res. Vide dn̄e ⁊ considera: quē

uindemiauit ita. Ergone comedēt
mulieres fructū suū. paruulos ad m̄
sura palme: Si occiditur in sc̄uario
dn̄i sacerdos ⁊ ppha: Sin. Jacuerūt
in t̄ra foris puer ⁊ senex: uirgines
mee ⁊ iuuenes mei ceciderunt i gla
dio. interfecisti in die furoris tui. per
cussisti nec misertus es. Thau.
Vocasti quasi ad diem sollempnē q̄
terrerent me de circuitu: ⁊ n̄ fuit i
die furoris dn̄i q̄ effugeret ⁊ relinq̄re
tur. Quos educaui ⁊ enutriui: in
imicus m̄s consumpsit eos. Aleph.
Ego uir uidens paupertatē meam:
in uirga indignationis ei. Aleph.
Me minauit ⁊ adduxit: in teneb
bras ⁊ n̄ in lucem. Aleph. Tan
tū in me uertit: ⁊ conuertit manum
suā tota die. Heth. Vetustam fe
cit pellem meā ⁊ carnē meā: contri
uit ossa mea. Beth. Edificauit
in gyro meo: ⁊ circumdedit me fel
le ⁊ labore. Beth. In tenebrosis
collocauit me: quasi mortuos sem
piternos. Gimel. ~~Gimel~~ Circum
edificauit aduersum me ut n̄ egre
diar: aggrauauit compedē meū.
Gimel. S; ⁊ cū clamauero ⁊ roga
uero: exclusit orationē meam.
Gimel. Conclusit uias meas lapi
dib; quadris: semitas meas subu
tit. Deleth. Ursus insidians fc̄us ē
m̄: leo in absconditis. Deleth.
Semitas meas subuertit: ⁊ con
fregit me: posuit me desolatam.
Deleth. Tetendit arcū suū: ⁊ po
suit me quasi signū ad sagittam.
Misit in renib; meis: filias pha he
retre sue. He. Factus sum in de
risum om̄i p̄plo meo: canticum

eoꝝ tota die. He. Repleuit me
amaritudinibꝫ: inebriauit me ab
sinthio. Vau. Et ꝯfregit ad numē
rū dentes meos: cibauit me cinere.
Vau Et repulsa ē aīa mea: oblit⁹
sum bonoꝝ. Vau Et dixi. Periit
finis n̄r: ⁊ spes mea a dn̄o. Zai.
Recordare paupertatis ⁊ transgres
sionis mee: ⁊ absinthii ⁊ fellis.
Zai. Memoria memor ero: ⁊ ta
bescet in me anima mea. Zai.
Hoc recolens in corde meo idō spa
mīcordia dn̄i q̄a n̄ sum⁹ Heth. bo.
consumpti: q̄a n̄ defecerunt misera
tiones ei⁹ Heth. Noue diluculo: mul
ta ē fides tua. Heth. Pars mea
dn̄s dixit anima mea: ꝓpterea expec
tabo eū. Teth. Bonus ē dn̄s sp
antibꝫ in eū: aīe querenti illum.
Thet. Bonū ē p̄stolari cū silentio
salutare dn̄i. Thet. Bonū ē uiro
cū portauerit iugū dn̄i ab adolescē
tia sua. Ioth. Sedebit solitari⁹ ⁊
tacebit: q̄a leuauit se sup se. Ioth.
Ponet in puluere os suū: si forte
sit spes. Ioth. Dabit percutienti
se maxillam: saturabitur obꝓbriis.
Caph. Quia n̄ repellet in sem
piternū dn̄s. Caph. Quia si ab
iecit: ⁊ miserebitur scdm̄ multi
tudinē mīaꝝ suaꝝ. Caph. Non
enī humiliauit ex corde suo. et
abiecit filios hominis. Lameth.
Ut contereret sub pedibꝫ suis. oīs
uinctos terre. Lameth. Ut decli
naret iudiciū uiri. in conspectu vul
tus altissimi. Lameth. Ut puer
teret hominē in iudicio suo. dn̄s
ignorauit. Mem. Quis ē iste q̄
dixit. ut fieret. dn̄o n̄ iubente:

Mem. Ex ore altissimi n̄ egredien
tur nec bona nec mala. Mem. Qd̄
murmurauit homo uiuens. uir p
peccatis suis: Nun. Scrutemur
uias n̄ras: ⁊ queram⁹ ⁊ reuertam̄ ad dn̄m.
Nun Leuemus corda n̄ra cū manibꝫ
ad dn̄m in celos. Nun. Nos inique e
gimus ⁊ ad iracundiam ꝓuocauimus:
idcirco tu inexorabilis es. Sameth.
Operuisti in furore ⁊ percussisti nos: occidi
sti nec pepercisti. Sameth. Opposuisti nu
bē t̄: ne transeat oratio. Sameth.
Eradicationē ⁊ abiectionē posuisti me.
in medio ꝑploꝝ. Phe. Aperuerunt sup
nos os suū oīs inimici. Phe. Formi
do ⁊ laq̄us facta ē nob: uaticinatio ⁊ cō
tritio. Phe. Diuisiones aquaꝝ dedux
erūt oculi mei: in contritione filie ꝑpli
mei. Ain Oculus m̄s afflictus ē nec
tacuit eo qd̄ n̄ eēt req̄es. Ain Donec
respiceret ⁊ uideret dn̄s de celis. Ain.
Oculus m̄s depdatus ē aīam meā: in
cunctis filiabꝫ urbis mee. Sade. Ve
natione ceperūt me: q̄si auē inimici mei
gratis. Sade Lapsa ē in lacū uita mea:
⁊ posuerūt lapidē sup me. Sade. In
undauerūt aque sup caput meū: dixi
perii. Coph. Inuocaui nomē tuū dn̄e:
de lacu nouissimo. Coph. Vocē meā
audisti: ne auertas aurē tuā a singul
tu meo ⁊ clamoribꝫ. Coph. Appropin
quasti in die q̄ndo inuocaui te: dixisti ne
timeas. Res. Iudicasti dn̄e causam
aīe mee: redemptor uite mee. Res.
Vidisti dn̄e iniquitatē illoꝝ. adūsum
me: iudica iudiciū meū. Res. Vidi
sti omnē furorē: uniuersas cogitatio
nes eoꝝ aduersum me. Sin. Audi
sti obꝓbriū eoꝝ dn̄e: oīs cogitationes
eoꝝ adūsum me. Sin. Labia insur

genitū m̄ ⁊ meditationes eoꝝ adūsum
me tota die. Sin. Sessionē̄s eoꝝ ⁊ re
surrectionē eoꝝ uide: ego sum psalmus
eoꝝ. Thav. Reddes eis uicem dn̄e.
iuxta opa manuum suaꝝ. Thav.
Dabis eis scutum cordis. laborē tuū.
Thav. Psequeris in furore tuo: ⁊ cō
teres eos sub celis dn̄e. Aleph.
Quomodo obscuratū ē aurū mu
tatus ē color optimus. dispsi s̄
lapides sc̄tuarij. in capite om̄iū plateaꝝ.
Beth. filii syon incliti ⁊ amicti au
ro p̄mo: quom̄ reputati s̄ in uasa te
stea. opus manuū figuli. Gimel.
Sed ⁊ lamie nudauerunt mām̄am:
lactauerūt catulos suos. filia ppl̄i mei
crudelis: quasi strucio in deserto. De
leth. Adhesit lingua lactentis. ad
palatū eī in siti. Paruuli pecierunt
panē: ⁊ n̄ erat q̄ frangeret eis. Nobi
les eī interierunt fame ⁊ multitudo
sū exaruit. He. Qui uescebantur
uoluptuose. interierunt in uiis: qui
nutriebantur in croceis. amplexati s̄
stercora. Vav. Et maior effecta est
iniquitas filie ppl̄i mei. peccatis sodo
morū: que subuersa ē in momento.
⁊ n̄ ceperunt in ea manus. Zai.
Candidiores nazarei eī niue: nitidi
ores lacte. rubicundiores ebore antiq̄:
saphiro pulchriores. Heth. Deni
grata ē sup carbones facies eoꝝ: ⁊ n̄
s̄ cogniti in plateis. Adhesit cutis eo
rū ossibꝫ: aruit ⁊ facta ē quasi lignū.
Teth. Melius fuit occisis gladio
q̄m interfectis fame: q̄m isti extā
buerunt ꝯsumpti absterilitate t̄re.
Ioth. Manus mulierū misericor
dū coxerunt filios suos: facti s̄ cibꝫ
eaꝝ in contritione filie ppl̄i mei. Caph.

Compleuit dn̄s furorē suū: effudit
iram indignationis sue. Et succen
dit dn̄s ignē in syon: ⁊ deuorauit
fundamenta eius. Lameth. Nō
crediderunt reges terre. ⁊ uniuersi
habitatores orbis: qd̄ ingrederetur
hostis. ⁊ inimicus p portas ierl̄m.
Mem. Propter peccata pphaꝝ eī. ⁊
iniquitates sacerdotū eius. q̄ effu
derunt in medio eī sanguinem iu
stoꝝ. Vav. Errauerunt ceci in pla
teis: polluti sunt in sanguine. Cūq̄
n̄ possent iuuare tenuerunt laci
nias suas. Sameth. Recedite
polluti. clamauerunt eis: recedite
abite: nolite tangere. Iurgati q̄ppe
s̄ ⁊ cōmoti: dixerunt inter gentes.
n̄ addet ultra ut inhabitet in eis.
Phe. Facies dn̄i diuisit eos: n̄ ad
det ut respiciat eos. Facies sacerdo
tū n̄ erubuerunt: neq̄ miserti s̄. Ain. senū
Cum adhuc subsisteremus. defecerūt
oculi nostri ad auxiliū nr̄m uanum:
cum respiceremus attenti ad gentē.
que saluare nos n̄ poterat. Sade.
Lubricauerunt uestigia nr̄a: in itine
re plateaꝝ nr̄aꝝ. Appropinquabit
finis nr̄: completi sunt dies nr̄i: q̄a
uenit finis nr̄. Coph. Velocio
res fuerunt psecutores nr̄i aquilis
celi. Sup montes psecuti s̄ nos: in
deserto insidiati sunt nobis. Res.
Sp̄s oris nr̄i xp̄c dn̄s. captus ē ī pec
catis nr̄is: cui diximꝰ in umbra tua
uiuemus in gentibꝫ. Sin. Gaude
⁊ letare filia edom: que habitas in
terra hus. Ad te quoq̄ perueniet ca
lix: inebriaberis atq̄ nudaberis.
Thav. Completa ē iniquitas tua
filia syon: n̄ addet ultra ut trans

migret te. Visitabit iniquitatem tuam filia edom: discooperiet peccata tua.

Incipit oratio iheremie prophete.

Recordare domine quid acciderit nobis: intuere et respice obprobrium nostrum. Hereditas nostra uersa est ad alienos: domus nostre ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre: matres nostre quasi uidue. Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra precio comparauimus. Ceruicibus nostris minabamur: lassis non dabatur requies. Egypto dedimus manum et assyriis ut saturaremur pane. Patres nostri peccauerunt et non sunt: et nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis: a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi clibanus exusta est: a facie tempestatum famis. Mulieres in syon humiliauerunt: et uirgines in ciuitatibus iuda. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. Adolescentibus impudice abusi sunt: et pueri in ligno corruerunt. Senes de portis defecerunt: iuuenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri: uersus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: ue nobis quia peccauimus. Propterea mestum factum est in dolore cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem syon quia disperiit: uulpes ambulauerunt in eo. Tu autem domine in eternum permanebis: et solium tuum in generationem et generationem. Quare in perpetuum obliuisceris nostri: et derelinques nos in longitudinem dierum. Conuerte nos domine ad te et conuertemur: innoua dies nostros sicut a principio. Sed proiciens repulisti nos: iratus es contra nos uehementer. Finit Hieremias propheta.

Incipit prologus in librum Baruch.

Liber iste qui baruch nomine prenotatur: in hebreo canone non habetur: sed tantum in uulgata editione. Similiter et epistola iheremie. Propter noticiam autem legentium hic scripta sunt: quia multa de christo nouissimisque temporibus indicant. Explicit prologus.

Incipit liber Baruch.

Et hec uerba libri que scripsit baruch filius nerie. filii maasie filii sedechie. filii sedei. filii helchie in babylonia. in anno quinto. in septima die mensis. in tempore quo ceperunt chaldei ierusalem et succenderunt eam igni. Et legit baruch uerba libri huius ad aures iechonie filii ioachim regis iuda et ad aures uniuersi populi uenientis ad librum. et ad aures potentium filiorum regum et ad aures presbiterorum. et ad aures populi a minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in babylonia ad flumen sudi. Qui audientes plorabant: et ieiunabant. et orabant in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit uniuscuiusque manus: et miserunt in ierusalem ad ioachim filium helchie filii salom sacerdotem. et ad sacerdotes. et ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in ierusalem: cum acciperet uasa templi domini que ablata fuerant de templo. reuocare in terram iuda. decima die mensis

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg